

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema LXVIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

ete pretiosissimis περιουσις præferenda sit. 1. Cum mortis portus & profugium ab omnibus malis, 2. quies, 3. somnus, 4. cubile 5. migratio grata ex casibus luteis, Job 4. v. 19. ad domum celestem. 1. Cor. 5. v. 1. Hinc capit dissolui Paulus, Philip. 5. Quia sicut semen resurgemus, 1. Cor. 15. Et ad maiorem gloriam.

V. Non priuat mors consuetudine amicum dulcissima, sed adducit ad cœtum beatorum & Angelorum. Ibi Christum etiam videbimus, 1. Joh. 3. v. 2.

VI. Necturbet pugna illa in mortis agone cum Satana, carne & sanguine. Christus nobis aderit, Rom. 8. v. 31. & 35. consolabitur Spiritus sanctus. Ibid. v. 16. Vide Joan. 10. v. 28.

VII. Restat gloria æterna his qui vitam amiserunt caducam.

Centuplum recipient, Matt. 19. v. 29. Oculus non videt, Esa. 64. 1. Cor. 2.

3. *Vsus huius tractationis in fine addatur.*

Hæc quidem non sic accipit caro & ratio nostra, quia tantum præsentia & quæ ante oculos sunt, intuetur. At desigendi oculi in ea quæ sunt inuisibilia, 2. Cor. 4. v. 18. Ideoque etiam exorandus Dominus, ut aperiat oculos nostros, ut has utilitates mortis videre, & aliquando experiri possimus, &c.

F I N I S.

THEMA LXVIII.

Psal. 119. v. 19.

Hospes sum in terra: ne abscondas à me mandata tua.

DISPOSITIO.

Si quis nouus hospes adueniat, quæri solet, quis sit, unde veniat, qua occasione aduenerit, quidve rerum agat, aut quæ aduentus causa, quid petat, & quo tendat, & eiusmodi alia. At in pauculis verbis prælectis ex Psalmo

mo

mo 1. 9. est, qui se hospitem nominat & aduenam, & petit non abscondi sibi statuta & mandata Domini. Et is quidem Rex est Israelis potentissimus, vt mirum videri possit, quomodo dicatur fuisse hospes, nisi forte in aliena terra fuerit, &c. Ideoque operæ pretium erit, inquirere:

1. Qualis sit, & vbi hospes, ille Dauid, & quo tendat.
2. Et quæ illius sit petitio hoc loco.

I. Pars.

Dauidem hæc verba proloquutum, non est dubium, cum totius Psalmi author sit: & is dicit, Hospes sum. Atque Deum his verbis alloquitur, non vllum hominem, *Dass er Herberg begehret hätte*. Neque enim hospitium petit hac vice, a quocunque Rege vel alio homine.

Neque peregrinus aut exul est iam à patria, sicut erat cum fugeret Saulem, & hospitio exciperetur ab Achis rege Philistino, 1 Sam. 27. Nec dubium quin, cum hæc protulit, fuerit iam Rex confirmatus in Israele.

1. Tamen se hospitem esse affirmat: non in alterius regno, sed in suo proprio regno.

2. Sic autem ipse se explicat, hospes sum *in terra*. In toto hoc mundo peregrinus & hospes sum. Sicut & alibi se peregrinum vocat, Psal. 39. v. 14. Licet itaque in his terris amplissimum regnum possideat, tamen quia scit, sibi hic non perpetuæ habitationis locum, sed diuersorium tantum aliquantisper commorandi concessum esse, se hospitem, non ciuem huius terræ assedit.

Quo igitur tendit? In patriam veram. *Wo ist er daheim?* Non in eo loco vbi natus est, in Bethlehem, sed in cælo, vbi est ciuis apud Deum, sicut Psalmo supra allegato eodem versa docet. Vtrumque se esse ait, *Peregrinum* scilicet in terra, & *Ciuem* scilicet in cælo. Ibi enim perpetuo esse cupit.

Loc vs. Quod hic Dauid de se affirmat, idem scriptura de omnibus hominibus, Hebr. 12. v. 14. Non habemus ciuitatem manentem. Imo saniores Ethnici hoc intellexerunt,

tellerunt, & dixerunt, Naturam nobis quidem commorandi, non autem habitandi diuersorium dedisse. Cicero.

NOTA, Diuersorium, inquit Cicero, inuenis & ipse, nos hic tantum esse hospites.

Idque lubenti animo professi semper sunt pii. David non tantum, sed & omnes Patriarchæ, Heb. 11. v. 14. Paulus de omnibus Christianis, 2. Cor. 5. v. 6 Peregrinamur, &c. & Dauid Psal. 39. v. 14. *sicut omnes patres mei.* Sed non sufficit hoc, nisi etiam sciamus & inquiramus veram patriam.

De piis & electis quidem salua res est.

Illi habent πολιτεια in cœlis, Phil. 3. v. 20. Conciues sanctorum, Domestici Dei, Eph. 2. v. 19. Illic etiam parata domus, 2. Corint. 5. v. 1. *Bürgerliche wohnung.* Parata mansiones in cœlis, Joh. 14. v. 2.

Hos itaq; mundo iam extremum valde dicere, scriptura iubet: Selegi vos de mundo, Joh. 15. v. 19. Nolite diligere mundum, 1. Joh. 2. v. 15. Mundus mihi crucifixus, Gal. 6. v. 14. Rom. 2. v. 12. Et superna querere nos vult, Coloss. 3. v. 1. & 2. Paulus de se: Ego iam quæ à tergo sunt relinquo, Philip. 3. ad ea quæ à fronte sunt enitens. Pro signo insequor ad palmam supernæ vocationis Dei, ibid.

Mirum itaque Christianum inuitum mori, aut mortem illi esse inexpectatam & improuisam: cum sciat, se hic non mansurum. *Nan werde ihm auß der Herberg außbieten.* Hospes non perpetuo toleratur in diuersorio. *Er muß fort/rc.*

Ex his etiam constat, qui in cœlo ius ciuitatis non habent: nempe illi omnes, qui tantum terrestria curant, Phil. 3. v. 19. Et qui tantum sunt affixi mundanis & terrenis. Diues vterque ille Luc. 12. & 16. Et Demas amplexus seculum hoc. 2. Tim. 4. v. 10. *Die stießen Gott sein himmel/ vnd niemens ewig auß Erden also an. Zwar Gott wird sein Himmel behalten: aber sie auch vff Erden nicht leiden. Wo dann hinauß: In Nobis Haus/ dem Teuffel zu.*
Ilo.

Illorum enim finis est interitus, Phil. 3. Ideoque parata domus Diabolis, Matt. 25. v. 41. illis erit etiam communis. Igne & sulphure ardens lacus, Apocal. 21. v. 8. Multissimi igitur omnium mortalium, qui cœli domos pro momentanea volupratula relinquunt.

II. Pars.

David, peregrinatur in his terris, & hospes est, petit igitur tale viaticum, quo possit aspirare ad patriam cœlestem. (Sicut peregrinantes apud nos pauperes solent petere viaticum: *Dass sie mögen mit Ehre weiter kommen* vt sonat communis illorum loquendi formula.)

Ne abscondas à me statuta tua, Verbum Domini inteligit, quo cupit vti pro viatico non tantum, & medicina in his mundi tribulationibus, sed etiam pro telo & armatura, aduersus omnis generis hostes, carnem, mundum, Satanam. Gladius verbi, Ephes. 6. v. 17.

Rogat itaque Dominum Psaltes, vt non auferat è corde ipsius verbum suum: sed semper illud per Spiritum sanctum accendat, vt indices proficiat.

L o c u s. Videmus quid illud sit pro quo omnium maxime orandum, in hac nostra peregrinatione: scilicet verbum Domini: de quo habemus promissionem, Non teder, Esa. 59. v. 21. Non reuertetur vacuum, Esa. 55. v. 11.

1. Illud enim hospiti & viatori atque peregrinanti est instar lucernæ, 2. Pet. 1. v. 19. & monstrat viam, Psal. 119. vers. 105.

2. Satiare potest esurientem & sitientem, Esa. 55. v. 1. & 3. Joh. 4. v. 15. & 6. v. 33. & 50. & 51.

3. Est loco consilii in omnibus dubiis casibus & reiterationibus, Psal. 119. v. 24. Sapientiam præstat, Psal. 19. v. 8. & 119. v. 104.

4. In difficultatibus & ægreditudinibus animi est medicina reficiens, corroborans, Psal. 119. v. 50. & 92.

5. In periculis est gladius contra omnes hostes, Ephes. 6. v. 17. Odit enim nos mundus, Joh. 15. Contra hoc

odium necesse est nos munire animum ex scriptura. Pugnandum cum diabolo & peccato atque conscientia ex scripturis.

6. Et in summa, Est salus animæ nostræ, Jac. 1. vers. 21. Rom. 1. v. 16. Itaque in hoc delectemur iugiter, Psal. 1. v. 2. Huius lectio regibus etiam commendatur, Deut. 17. v. 19. Jos. 1. v. 8. Et omnibus, Joh. 5. v. 39.

Hoc unum Paulus operat suis auditoribus, ut in verbi cognitione semper proficiant, Ephes. 1. v. 18. Phil. 1. v. 9. Col. 1. v. 11. Commendat Thessalonicenses 1. Th. 1. v. 6.

F I N I S.

T H E M A LXIX.

Psal. 119. v. 109.

Anima mea semper in manibus meis: & legis tuæ non sum oblitus.

D I S P O S I T I O.

Mirabilis videtur esse loquutio hæc Davidis nostri, quod animam suam semper in manibus gesserit: quæ ipsi etiam Augustino prima fronte inconueniens & intellectu difficilis apparebat. [NOTA. Is enim supra hunc locum sic habet. Anima in manibus meis, quomodo intelligatur, ignoro. Et ideo cum latinis quibusdam codicibus nauult legere, in manibus suis, quod illi videbatur conuenientibus. Linguae enim Hebraicæ non erat peritus, sicut fateatur in fine huius Psalmi 119. quod de literis Hebraicis scripserit, id sibi iudicatum fuisse ab eis qui nouerunt illas literas. Hoc iuniores monere volui, propter certas causas: non quod hæc vulgo sint proponenda, &c. At in Hebræo est, in manu mea, vel secundum nonnullos in uola mea semper.]

Itaque operæ pretium erit hanc phrasin scripturæ primum cognoscere, & veram horum verborum sententiam eruere: & deinde quomodo huic alterum quoque versus huius membrum respondeat, explicare, ut tandem